



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 52. Plura opuscula in Jansenii defensionem edita, & ab Innocentio Pontifice proscripta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

„trinam condemno, utpote quæ non Sæc. XVII.  
 „est Augustini doctrina, sed a Janse- A. C. 1654.  
 „nio male & contra verum sensum Sancti  
 „hujus Doctoris intellecta.„ Ceterum  
 nonnisi Meldensis, Ambianensis, & Rhe-  
 mensis Episcopi encyclicis ad suum  
 Clerum literis hanc subscriptionem  
 urgebant.

§. LII.

*Plura opuscula in Jansenii defensionem edita, Et ab Innocentio Pontifice proscripta.*

Hoc ipso anno die vigesima tertia *Hist. Brev.*  
 Aprilis idem summus Pontifex non *Jansf. p. 65.*  
 modo Jansenii librum Lovanii, Parisiis  
 & Rothomagi typis excusum, sed plu-  
 res alios libellos in Jansenii favorem  
 editos damnabat, promulgato desuper  
 in Generali Congregatione Romanæ In-  
 quisitionis Decreto sequenti: „SS. Do-  
 „minus noster Innocentius Papa X. post  
 „condemnatam sua constitutione edita  
 „pridie Kalendis Junii anni Incarnatio-  
 „nis Dominicæ 1653. in quinque pro-  
 „positionibus Augustini Cornelii Jan-  
 „senii Episcopi Yprensis doctrinam, ne  
 „occasione doctrinæ prædictæ in men-  
 „tes Christi fidelium aliquod dubium  
 „vel error irrepit, eundem Augusti-  
 „num Cornelii Jansenii iterato una cum  
 „aliis

Sæc. XVII. „aliis infra scriptis libris, prohibet &  
 A. C. 1654. „damnat &c. Inter istos autem alios  
 „libros inveniuntur sequentes: *Rationes*  
 „ob quas *Illustrissimus & Reverendissimus*  
 „*D. Archiepiscopus Mechliniensis* abstinuit  
 „promulgatione *Bullæ*, qua proscibitur liber  
 „cui titulus, *Cornelii Jansenii Episcopi*  
 „*Yprensii Augustinus* 1649. quocumque  
 „*idiomate impressus.*

Item *defensio Belgarum contra evoca-*  
*tiones caussarum, & peregrina judicia pri-*  
*mæ, secundæ, seu alterius editionis.*

*Brevissima quinque propositionum in co-*  
*rios sensus distinctio, aperta que de iis tum*  
*Calvinistarum, tum Lutheranorum, tum*  
*Pelagianorum & Molinistarum, tum S.*  
*Augustini, ejusque Discipulorum Senten-*  
*tia. Sive typis, sive scripto extet.*

„Cæterum cum tam Romæ quam  
 „alibi circumferantur quædam asserta  
 „Acta, manuscripta, & forsan typis  
 „excusa, Congregationum habitantium  
 „coram fel. recordat. Clemente VIII.  
 „ac Paulo V. super quæstione de Au-  
 „xiliis divinæ gratiæ, tam sub nomine  
 „Francisci Pegnæ olim Rotæ Romanæ  
 „Decani, quam Fratris Thomæ de Le-  
 „mos Ordinis Prædicatorum, aliorum  
 „ve Prælatorum & Theologorum, qui  
 „ut asseritur, prædictis interfuerunt  
 „Congregationibus, necnon quoddam  
 „autographum sive exemplar cujusdam  
 „asser-

„assertæ Constitutionis ejusdem Pauli V. Sæc. XVII.  
 „super definitione prædictæ quæstionis A. C. 1654.  
 „de Auxiliis, ac damnationis Senten-  
 „tiæ seu Sententiarum Ludovici Moli-  
 „næ Societatis Jesu: eadem Sanctitas  
 „sua præsentis hoc Decreto declarat, ac  
 „decernit, prædictis assertis Actis tam  
 „pro Sententia Fratrum Ordinis S. Do-  
 „minici, quam Ludovici Molinæ, alio-  
 „rumque Societatis Jesu Religiosorum,  
 „& autographo sive exemplari præ-  
 „dictæ assertæ Constitutionis Pauli V.  
 „nullam omnino esse fidem adhiben-  
 „dam, neque ab alterutra parte, seu  
 „a quocumque alio allegari posse, vel  
 „debere, sed super quæstione prædicta  
 „observanda esse Decreta Pauli V. &  
 „Urbani VIII. suorum Prædecessorum. „

Pariter Clerus Gallicanus Lutetiæ  
 in comitiis generalibus congregatus  
 censuram ferebat adversus libellum,  
 cui titulus: *Humillima supplicatio a Re-  
 ligiosis ad insignem quemdam Franciæ Præ-  
 sulem facta.*

§. LIII.

*Christina Sueciæ Regina Sceptrum  
 ultro deponens.*

Jam ante biennium Christina Sueciæ *Hartenb.*  
 Regina Gustaphi Adolphi Regis Fi- *Hist. Pragm.*  
 lia, postquam humanis disciplinis ani- *ann. 1652.*  
 mum